



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt VI.


urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

quo infra uidebis, putant quidam à Luca nominari, & quod is fuerit Dauidis filius per adoptionem, cū scriptura manifeste dicat Christum ex Dauidis semine natum secundum carnem. &c.

Audierunt. Hoc est quod supra diximus Dauidis regnū esse regnū militiæ, quē admodū ad Christum dictum est, Dominare in medio inimicorū tuorū donec ponā &c. Huc pertinet quod dominus suo uerbo iubet pugnare Dauidem, & instruit eum ad prælium contra aduersarios, quemadmodū in psal. dicitur, Qui docet manus meas ad præliū &c. & ad nos Christus, Cum steteritis ante reges &c. Ego dabo uobis os & sapientiā &c. Nolite timere, ego uici mundum &c. Regnat Christus cū suis etiam inuitis omnibus, qui regno eius, id est Euangelio male uolūt.

Baalphrasim. Id est uiri diuisio, quod illic scissi & occisi sunt Philistai, Esaiæ. 28. Iste locus uocatur mons diuisionum.

CAPVT VI.

 Hoc ad pietatem regni Dauidici pertinet, quod requiritur arca sub Saule neglecta, quæ hactenus fuerat in domo Aminadab, postquam reducta erat à Philistæis. Ista arca maximum sacrum erat Iudæis, & ipsum sanctū sanctorum, quo Christus & ecclesia, in qua spiritus dei presidet, significabantur. Nam arca ecclesia est, in

qua sunt absconditæ tabulæ legis .i. lex spiritus uitæ
 in cordibus credentiũ, super quã est propitiatorũ .i.
 Christus, Ro. 3. Heb. 4. cui circumdatur corona aurea
 ut regnũ significetur. Duo cherubim quasi uolantia,
 duo sunt testamēta, quæ prædicatione per orbem uo-
 lare debent, sed ambo in propitiatorium uersis ad se
 uultibus respiciunt .i. concorditer unũ Christum præ-
 dicant. Hic præsidet deus, nã caput ecclesiæ Christus,
 Christi caput deus. Deus est omnia in omnibus, quĩ
 erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Dauid autē
 sui officij esse putat, ut ista introducantur in Hierusa-
 lem & in arcem Sion, quæ æque ecclesiã significant,
 ut supra dictũ. Christi enim est Euangeliũ introduce-
 re in ecclesiam, per qd' omnia quæ diximus accipiuntur
 & possidentur. Neq; sine uerbo dei hæc maxima
 tentat, uerbũ enim ex lege habebat, ista. s. à pplo dei
 honorãda, quæ deus ut maxima reuerētia & religio-
 ne honorarētur instituerat, ut in Exo. & Num. uides,
 de quibus habebat dei promissionē, qd' deus ipse illic
 sederet & exaudiret. Vnde & hic dicitur, Super quã
 inuocatum & c. Iccirco Dauid. I. Paral. 17. sic ait, Si
 placet uobis, & à domino deo nostro est, mittamus
 & c. Porro scdm legē istud ministeriũ pertinebat ad
 sacerdotes & leuitas, qui uerbi euangelici significat
 ministros. Hi uerbi dei obliti, quo præcipitur, ut por-
 tetur arca in humeris leuitarũ, faciunt currũ nouum

præcedentibus bobus, arguentes forte ex exëplo Phi-
 listijm, ista à Philistijm facta placuerūt deo, nam deus
 illic suo miraculo cooperabatur, ergo nunc placebūt
 si & nos fecerimus. Et interim nō uidebāt stulti qđ re-
 linquebāt uerbū dei, qđ ipsi, nō Philistijm, habebāt.
 Vt uideas hic nō ualere argumētum ab exemplo, ubi
 propter exemplū relinquitur dei uerbū, quē admodū
 nostri Euangeliū nō sequūtur propter exëpla patrū,
 per quos deus mirabilia operatus est. Dissimulat hic
 deus, dū Dauid, dum reliquū uulgus, quisq; sana fide
 glorificat deū Israēl instrumentis musicis, quibus cor-
 dis gaudiū testabantur, donec boues à uia paulisper
 declinant, Hic dū arca minatur casum Osa accurrit
 temere & moritur, qui ob negligētiā uerbi dei in hoc
 periculū cadendi induxerat arcā domini, qui lapsus
 graue scandalū fuisset populo, id qđ timeri nō oportu-
 iisset, si in humeris arcā scđm dei uerbū gestaissent.
 Et hodie qui se sacerdotes & episcopos iactant, minū-
 sterium uerbi bobus & currui cōmittunt. i. illis qui nō
 hil habēt spiritus, sed scandalo sunt uerbo, & præte-
 rea efficiunt, ut uerbū cadat, & pereat hoībus, quod
 onus illi ipsi, quibus cōmissum est suis humeris porta-
 re deberent, sed ipsi quoque uerbum ignorant. Iccir-
 co manet eos sententia salis infatuati. Vnde Dauid
 .i. Paral. 15. agnoscit hic peccatum esse, dicens, Illi-
 citum est, ut à quocūq; portetur arca dei, nisi à leuitis

quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi in aeternū. Sentit enim nō amplius plaustrum & bobus cōmittēdā arcā, abiecto dei uerbo &c.

Super temeritate. Quia ista facta erant sine uerbo dei, & contra uerbū dei manifestū. Bene facit Dauid, qui uult reduci arcam. Male faciunt sacerdotes, qui in reducendo non seruant uerbum dei.

Contristatus.] Hic grauem Dauid patiebatur cōscientiam, iratū etiam contra se sentiens deū, & indignitatem suā apud sese reputabat. Id quod fit etiā in ecclesia Christi, ubi saepe derelicti sibi iudicāt deum sibi iratū. Maxime uero iam uidebat isto iudicio Dauid nō esse actū scđm uerbū dei, id quod ante non attendebat. Sic ubi Euāgeliū introduci cupimus, maxime agamus, ut inuocato deo, omnia fiant scđm eius uerbū & uoluntatē, & nihil nostra sapientia & uiribus confidamus. &c. Sed diuertit.] Vides quid sit hic passus in animo Dauid. Nōne in mentē uenit iudiciū Philistijm, & occisionis Bethsamitarū et aliorū?

ALLEGORIA. Sacerdotiū Iudaicum peccat & moritur, & arca testamenti dei ad gentes introducit, ubi dominus benedicit per Euāgeliū &c.

Obededom gentilis erat natione, sed ad dominum conuersus, unus erat ex profelytis, Gethæus enim scribitur. Benedixit.] Fructibus agri, uteri &c. quæ sunt benedictiones dei externæ in lege.

Nunciatum &c.] Hic David rursus consolatione accepta ex certo dei signo, quia benedixerat domui Obedom, adducit arcam cum iubilo & laudibus dei, sed certe non sine timore, id quod indicant illa sacrificia in uia, & iubet Leuitas, ut omnia agant secundum uerbum dei, ne rursus irascatur dominus, quemadmodum cernere est in Paralipomenis, quemadmodum Christus non aliud mandat ministris uerbi in adducendo Euangelio sacro. Armigatis.] Intelligunt ad armum pendentibus. In Heb. non est. Et David percutiebat in organis armigatis.

Et saltabat. Istud erat opus dei & spiritus dei exultantis in corde eius, stultum certe coram mundo in tanto rege, qualia sunt omnia opera uere bona uerorum sanctorum. Stulta uidentur, tantum abest ut bona habeantur, & tamen uere bona sunt, cum interim optima hypocritarum in speciem opera sint impietas. Iccirco Michol filia Saulis, sua ratione & iudicio sapientie carnis, magno supercilio & audacia, quemadmodum faciunt qui nihil habent spiritus, damnat factum Dauidis, atque adeo factum spiritus dei in Dauide, quod impietas illa interim non uidet, ignominiam uocat, impudentiam, scurrilitatem. Mirum quod ista causa fuerit in regem, sed in hoc animum concipiunt hypocrite & prudentia carnis, dum putant uel optime consulere, uel iuste facere, ut nos a nostra stulticia

in eorum sapiētiam concedamus. Istud est genus cui
 Christus crucifixus est stulticia. Itaq; maledictionem
 accipiunt ad quos benedicendos Christus uenerat.
 quemadmodum hic Dauid uenit, ut domui suæ, id est
 familiæ & uxoribus benedicat & beneficia precetur
 & præstet, posteaquàm benedixerat populo. Et dis-
 lecta Michol maledictionem accipit pro benedictio-
 ne, quia ex illo genere erat qd' noluit benedictio-
 ne, & elongata est ab eo, ut in psal. scribitur. Hinc & il-
 lud Christi, Qui se exaltat humiliabitur. &c.

Tabernacul'. Hoc tabernaculum quod à Da-
 uide paratū est, non est illud Mosis, quod nunc erat
 in excelsa Gabaon cum altari holocaustorum, ut dis-
 citur. 1. Paralip. 21. ALLEGORIA. Dauid rex
 Christum regem significat, qui ex Iuda ortus, sacra-
 dos esse non potuit, attamen sacrificia ei tribuuntur
 & benedictiones, ut et sic etiam Christum significet
 sacerdotem, qui pro nobis semetipsum semel in cruce
 obtulit patri, et benedixit nobis, ablata maledictio-
 ne æterna, Is enim est de quo promissum est, In se-
 mine tuo &c. Porro quod cibum dat populo, mu-
 nus quidem regium est, quemadmodū & Melchizea-
 dech panē et uinū protulit Abraham et exercitui eius,
 sed tamen & ipsum figuram Christi habet, primum
 sacerdotis, dum uerbo Euangelico pascit, deinde rea-
 gis, dum & panem & uinū nobis profert sumenda.

id quod certe munus regium est, sed tamen unde agnoscamus sacerdotis illam unicam & semel factam oblationem. Edite enim, inquit, & bibite in mei commemorationem. &c.

CAPVT VII.

Induxerat arcam in Hierusalem, sed indignum iudicabat, ut sine domo maneret siue templo, quæ iam in tētorio tantum habitauit. Sed deus per prophetam respondet se domo nō indigere, id quod & Salomon edificaturus templum agnoscit. 2. Paralip. 2. Si cœli cœlorum. &c. & dominus Esa. ult. dicit, Cœlum mihi sedes est. &c. quam ueritatem non agnoscebāt hypocritæ, qui postea sperabant in uerbis mendacij, dicentes, Templum domini &c. Hiere. 7. Hic ergo Dauid accipit promissionem dei de regno æterno, quod erat ex illo regno temporali proditurum, in quod respiciunt omnes prophete, de quo cecinerunt in die palmarum, Benedictum quod uenit regnū patris nostri Dauid.

Vides.] Hoc est humanū argumentum, Ego habito in domo cedrina, & deus in tētorio, deo debetur melior habitatio q̄ homini. Verū istud interim meditabatur primū cor, ego mea quæro, indignū est ut nō potius quærā quæ dei sunt, Mihi edificauī domū